

XIII, 8<sup>6</sup>


Inw. 7127

Carlo  
della  
della  
Barbara,  
Trincenzo,  
Giorgio.



ISTITUTO DI  
Fondazione  
G Gentile  
6597  
UNIVER. DI ROMA  
FILOSOFIA  
BIBLIOTECA

COMPENDIUM  
ETHICORVM  
LIBRORVM  
HERMOLAI  
BARBARI. P. V.  
CON GRATIA ET PRIVILEGIO  
IN LABORIB



*Venetijs Apud Cominum de  
Tridino Montisferrati.*

*M. D. XLIIII.*

**ILLVSTRISSIMO,  
AC REVERENDISSI-  
MO CARDINALI. ALE-  
XANDRO FARNESIO.  
DANIEL BARBARVS.  
S. D.**



**E** METRIVS  
ille Phalereus Ptolomæi  
regem per amice hortari so-  
litus erat, ut eos sæpe li-  
bros euolueret in quibus de regno recte  
administrâdo præcepta cõtinerentur, pro-  
pterea quod in ijs multa inspiciuntur, de  
quibus amici reges commonere non au-  
dent. Nouerat enim uir summus, & sa-  
piens in libris non esse fucum adulationis,  
nõ illecebram ullam obsequij, sed simplici  
nudâ ꝑ ueritatẽ repiri: at inter homines  
permultos esse, qui splendore falsi hono-

ris obiecto principū animos perstrictos  
 tenere se posse confidunt, cum potius for-  
 tunæ regiae q̄ regum ipsorum amatores  
 ducendi sint. Hoc ego tam utile, ac tam  
 illustre præscriptum non modo prodesse  
 ijs puto, quibus amici, ne q̄ ueri, ne q̄ pro-  
 bati sunt, sed ijs etiam, qui bonos habent,  
 ac fideles, nanque ut illi libros optimos co-  
 gnoscendo, uerum ab obliquo facile que-  
 unt discernere, ita ij fructuosam quan-  
 dam capiūt uoluptatem, cum præclaro,  
 ac certo librorum testimonio sciāt se ami-  
 cos ingenuos, liberos, ac prudentes habe-  
 re. Quare factum est ut ad te Cardina-  
 lis amplissime Aureum sane libellum  
 de moribus mitterem, in quo tanq̄ in spe-  
 culo non solum tuas, tuorum q̄ maiorū,  
 sed etiam eorum, qui te circumstant, uir

tutes agnosceres, et iudicares. Libellum hunc Hermolaus Barbarus patruus meus magnus dum pataui publice Aristotelis Ethicem p̄fiteretur authoris ipsius mentem, atque ordinem sequutus in compendium redegit. Vt mirum fuerit Aristotelia breuitate, breuius aliquid inueniri. Mitto autē ipsum ad te primū, ut pro me uadem accipias, quem tu sum, ma humanitate, cum essem Bononiæ tertio ab hinc anno in tuorum numerum recepisti. Deinde ut ipsius Hermolai, de quo beatissimus, ac sanctissimus patruus tuus honorifice sæpe loquitur, aliquid habeas, quod te ueteris obseruatiæ nostræ cōmonefaciat. Postremo ut etiā ipsi libello pœnæ postulanti satisfaciam. Erat enim is antea, ut uidebis Petro Fo

3

scaro Cardinali dicatus, quare præsi-  
dem quærit amplissimum, & bonis omni-  
bus ornatissimū in cuius thesauris collo-  
cetur. Nec timet plixitate sua tibi esse  
molestum, est enim breuis, præcisus, &  
compendiarius, nec impedire poterit illū  
tuum cursum fœlicissimū, quem pro com-  
muni omnium utilitate cōficias, dum celsi-  
tudini, ac sanctitati summi patruī obtem-  
peras, ac fluctuantem Petri nauiculam  
in portum, ex alto inuehere studeris, non  
dulces amicorum salutationes, non huma-  
nissima in eos, qui te adeunt officia, non  
tuas laudabiles actiones retardabit cum  
in eo, ueluti in prudentissimo uiro  
breuitas sit absoluta, oratio dulcis, et mo-  
rata, elegantia & puritas admirabilis,  
qualem quicū principibus negotiantur,

*in sermone præstare debent. Accipe igitur mei in te obseruatiæ pignus nõ aspernendum. accipe gentilis mei monumentum insigni, accipe tuarum uirtutũ iudicem ad posterorũ memoriũ copiosum, hoc. n. munificentiæ, celsitudinis, æquitatis, ac modestiæ tuæ speciem, ac heroicam illam farne siæ domus excellentiam recognosces. quæ omnia si ego quoque iam complecti oratione studerem, eam laudans breuitatem negligere uiderem, quam summo pere in hoc libello ac in omni institutione commendandam puto. Vale.*



# HERMOLANVS <sup>4</sup>

BARBARVS ZACHA-

RIAE EQVITIS FILIVS

EXCELLENTISSIMO

PRAESVLI P.

FOSCHARO.

S, P. D.



VVM NEQVE  
ex tua dignitate sit præle-  
ctionibus meis interesse: ne-  
que in ea re quicquam pro-  
desse possim tibi, qui in om-  
ni doctrinarum genere tan-  
tum eruditione præstas quantum moribus  
& honestate: statui ad te Compendiosum  
Aristotelem mittere. Non ut tibi afferrem,  
utilitatis aliquid, sed vt haberes vnde exer-  
citationū mearum aliquid degustares. Intel-  
ligeresque vel ex hoc quantulocunque ar-  
gumento me omnem meam cogitationem  
in te vnum coniecisse. Plura dicerem nisi sa-  
tis longa videretur prefatio, extimatione  
compendij. vale mi domine. Patauii Pridie  
Kalend. Decembris.

M. CCCC. LXXIII.

A iiii

**EPITOME LIBRORVM ARI-**  
**stotilis Ethicorum, sensus primi capituli**  
**quod incipit, omnis ars .**

**R**erum humanarum omnium finem aliquem esse præstitutū oportet. Finium enim alij sunt ipsæ actiones: puta cytharistarum finis est ipsa cytharissatio: Alij sunt ipsa opera: puta fabrorum ferrariorum finis est culter. Nan diuersarum artium diuersi fines conspiciuntur: sed principaliū tñ artium fines potiores existunt, quam fines earum, quæ principalibus artibus famulantur. Quis. n. non iudicauerit præstantius, esse nauim gubernare, quam ædificare: Porro quantum ad finium ordinem spectat, nihil interest utrum finis sit actio, an sit opus. Nam plerumq; vt finis qui est actio, præstantior sit quā finis qui ē opus, et ecōuerso .

**SENSVS .II. CAPITIS PRIMI**  
mi tractatus quod incipit. Si utiq;  
est aliquis finis .

**E**Rit itaque finis aliquis in rebus humanis optimus, ne infiniti sint fines: Eius vero postremi, & optimi finis cognitio sane necessaria videtur esse ad vitam bene, beateque traducendam. Nam et sagittarij facilius metam attingunt, si signum inspiciant. Quum ergo finem hunc hominis optimum civilis scientia perscrupsetur, iure meritoque prestantissima erit, & maxime princeps artium reliquarum.

**SENSVS .III. CAPITIS PRIMI**  
Tractatus quod Incipit videtur  
autem sufficienter .

**A**T is qui nostram hanc disciplinam traderet: certissimas demonstrationes afferre non poterit: Non enim efficacissima ratio reddi potest earum rerum que circa, actiones consistunt humanas quippe quibus nihil sit instabilius. Sed & is, qui discere volet minime expectabit curiosas explica-

tiones sed rudes et quę suadeant potius quā  
persuadcant. Vnde fit vt Iuuenis, Quia  
inexpertus humanarum actionum, et obno-  
xius vitio, vt pote qui Iudiciū rationis ami-  
serit, nequaquā idoneus huius scientiæ au-  
ditor habeatur: Erit ergo Idoneus dunta-  
xat is qui affectus omnes imperio rationis  
subiecerit.

Sensus primi Capitis. ij. Tractatus quod  
Incipit Dicamus autem  
Resumentes.

**Q**Uare quum de fine optimo, qui fe-  
licitas ab omnibus nuncupatur, va-  
rii varia sensisse videantur; nos ve-  
ritatem in ea re attingemus si a notioribus  
apertioribusque, quales sunt ipsę humanę  
actiones, sumemus exordium. Ergo & eum  
qui est auditorus, oportebit aut instru-  
ctum, & bene moratum accedere, aut ob-  
temperare præcipienti: si quis vero neu-  
trū præstet sciat se Inutilem futurum vt He-  
siodus cecinit.

Sensus. ij. capitis. ij. Tractatus quod incipit, Nos autem Dicamus.

**P**rofecto felicitatem in rebus humanis consistere recta ratione omnes arbitrantur. At ij qui in voluptate positam asserunt quadrupedem inter & hominem nihil putant interesse. Qui uero in fortunis & honoribus constitutam volūt nimirum & ipsi falluntur. Quid. n. felicitate constantius? Quid inconstantius hominum opinione atque fortuna? sunt & qui in virtute locatam tueantur. Sed euenit vt is, qui virtute pollet, quandoque in miserijs & luctu degat deformis, Mēdicus, Aeger, orbatus;

Sensus. iij. Capitis. ij. Tractatus quod incipit Quid autem Vniuersale.

**Q**uod autem Platonici introduxerūt summum videlicet bonum in Idea illa separata a rebus humanis esse constitutum. Nōne absurdissimū est quum summum bonum possideri possit? Idea

vero illa non possit. Quinimmo neq̄ vtilis quidem est eius rei cognitio operi vlllo faciundo. Nam quid mehercule, vt de reliquis taceam, ad calceos pertinet ideam eius artis contemplari.

Sensus iij. Capitis ij. Tractatus  
quod incipit. Rursus autem  
redeamus.

**Q** Vñ ergo finis is cuius gratia quælibet ars agit quicquid agit, sit optimus: optimus vero sit perfectissimus: perfectissimus autem sit ex se sufficiens, foelicitas quem esse finem optimum cõstat erit & perfectissimum quid & ad beatam vitam suapte natura sufficiens. Preterea: quum humanarum rerũ bonitas in actione consistat, foelicitas vtique actio erit: non quæcunque sed homini propria. Erit inquam actio virtutis non cuiuscunque sed perfectissimæ. qualis est actio intellectus. Quur enim optimo fini non cõgruat optima actio? Adde in vita perfecta, vna enim hirundo ver non facit. Sed agamus de ijs diligentius: diligentius dico: quatenus ma-

teria rei patitur ex accommodatisque principijs: quæ in morali scientia ex sola consuetudine cognoscuntur. Est enim principium in vnaquaque actione: rei plusquã dimidium.

Sensus quinti Capitis ij. Tra-  
ctatus. Quod inci-  
pit. Scrupandum  
utiq; de ipso.

**S**ed nostræ de felicitate opinioni con-  
cors est sententia antiquitatis, quæ in  
bonis animi beatitudinem censuit collo-  
catam, quod & nos dicimus. Item bene  
agere, & bene viuere putauerunt idem  
cum eo, quod est beatum esse. Quod, &  
nos putamus. Præterea neque multum  
ab ijs dissentimus qui virtutem cum volu-  
ptate, & opulentia felicitatem esse arbitrati  
sunt: Est enim felicitas aut virtus, aut vir-  
tutis actio, quumque nulla sit virtutis actio  
quæ careat voluptate, sane felicitas erit vn-  
dicq; voluptatibus refertissima. Fortunas  
quoque & bona corporis conferre ad beati-  
tudinem, nos cum illis sentimus.

Sensus primi Capitis Tractatus Tertij  
quod incipit inde queri-  
tur Vtrum.

**Q**uod quum fœlicitas, præstantissi-  
mum opus sit minime assentiendũ  
est ijs qui à fortuna ortum, & cau-  
sam habere contendunt sed aut ab ipso nu-  
mine aut ab humanis actionibus proficisci-  
tur. Vnde quia cum brutis nequaquam no-  
bis est virtutis actio communis beata esse il-  
la non poterunt Sed neque pueri. Opus est  
enim ei qui felix sit futurus & virtute con-  
sumata & vita perfecta: quorum neutrum  
esse in puero per ætatem licet.

Summa vel sensus. ij. capitis. iij. Tractatus  
quod incipit Multe autem  
Transmutationes.

**Q**uam vero hominis vita obnoxia  
esset multiplici fortunæ varietati:  
existimauit Solon tunc beatum fuis-  
se quempiam videre quum esset defunctus:  
At male sensit si enim fuit beatus quispiã,  
quum non sit quando iam est defunctus,  
beatus certe erat quando viuebat Nimi-



rum si ex virtutis actionibus oritur beatitudo, aduersæ res, quia ex fortuna pendent, aut non deficient de statu felicitatem aut si deficient: tales erunt: quales humanitus tolerari non possunt. Licet tamē claudere questionem: vt ihs scilicet in vita beatus sit: qui ex optima virtute agit in vita perfecta, decessurusque est quamuis id nesciamus pari fortuna.

Sensus Tertij Capitis Tertij Tractatus  
quod incipit pronepotum autem  
fortunarum.

SECUNDAS autem res & aduersas amicorum in amicos redundare nemo dubitat. Ad defunctos quoque pertinere fortunam eorum: qui superstites relictī sunt pietatis est credere. Non tamen tantam vim habere putandum est ut propterea ij qui foelices fuerint reddantur miseri et ij qui in miseria uixerint efficiantur beati.

Sensus primi Capituli . Quarti  
Tractatus. quod inci-  
pit Determinatis  
autem h̄s .

**Q**uamuis autem virtutem laudare,  
Actionem commendare consue-  
uerimus: Laus tamen ad eas res  
maxime pertinet, quæ aliò referuntur. Vn-  
de quia dii aliò minime referuntur, lauda-  
ri non debent: Sed honore potius affici  
& veneratione. Eodem pacto feli-  
citatem, quia aliò referri non po-  
test, vt pote ad quam potius  
cæteræ humanæ actiones  
referantur, inter bo-  
na honorabilia  
connumera-  
re oportebit.  
✠

Sensus

Sensus Capitis. ii. & vltimi Tractatus quar-  
ti et vltimi. Primi libri Ethicorum  
quod Incipit, si autem felicitas.

**E** St autem de virtute scrupulandum,  
humana, quum in illius actione sit  
a nobis constituta. Virtutes autem ani-  
mi quærimus. Quare ipsius animi co-  
gnitio necessaria erit; sed eatenus ta-  
men, quatenus ad rem attinebit. Satis  
itaq; est si intelligamus. Duas esse ani-  
mæ portiones: vnam, quæ rationis est  
fundamentum & radix; qualis est por-  
tio animæ intellectiua: Aliam, quæ ra-  
tionem quidem suaptæ natura non ha-  
bet, sed quæ potest esse particeps si ob-  
temperare voluerit præcipienti rationi;  
Qualis est portio appetitiua. Illæ ergo  
virtutes, quæ in portione intellectiua exi-  
stunt, Dicuntur intellectuales. Ille ve-  
ro, quæ in altera constitute sunt, Mora-  
les appellantur; Quales sunt liberali-  
tas, Temperantia. Intellectuales autem  
Sapientia, prudentia.

Finis primus liber Aristotelis  
Ethicorum.

B

Hermolaus Barbarus Patri  
Pientis. P. Foscaro.  
S. P. D.



**B S O L V I M V S**  
prelectionē secundū uolu-  
minis, cuius sūmulas pro-  
meo instituto ne ad te he-  
ri mitterē deterruit face-  
tissimum Facnii nostri  
Epigramma. Paratus. n. erat libellus.  
Sed me ut dixi deterruit christianus ille,  
putauique non fore scriptiunculis meis  
locum post tantam eius carminis Comi-  
tatem. Cōtinui itaque hactenus commē-  
tariolum hunc, eo consilio, ut sedata pa-  
rumper ea titillatione meę nugeę tibi ef-  
se aliquid uiderētur. Quod nisi tempo-  
ris hoc interiecti imminuit tibi ut mihi  
non imminuit eam uoluptatem: vereor  
ne tibi me ranas misisse arbitreris. Vale  
Decus curię Patauij. iij. Nonas Ianua-  
rias. M. cccc. lxxv.

Secundi libri Ethicorum Aristo-  
telis Epitome incipit.

Sensus primi capituli, primi tractatus. § libri Ethicorum, qui incipit duplici.

**Q**Uum virtutes intellectuales ex doctrina, morales ex usu oriuntur: Neutræ naturaliter inerunt homini. Naturaliter. n. ea insunt, quæ ab ipsa statim natura, non ab ulla exercitatione, perficiuntur. Non tamē putandum est virtutes nobis contra naturam inesse. Nihil. n. contra naturam fieri, nasci potest. Quod si recte actiones virtutem efficiunt, prave corrumpunt; necesse est ea, quibus quis a teneris annis assuescit, magnum habere in tota vita momentum.

Sensus. §. capituli primi tractatus quod incipit. Quoniam igitur.

**S**ED quum virtutis cognitio parum proficit sine actione, investigandum est quales sint virtutis actiones. sane illas recta ratio comitatur, quemadmodum dicitur libro sexto. Talesque sunt, ut quum exuperantia defectuque corrumpantur, necesse sit Ad æquilibriū in media sede consistere.

B §

sed & notissimū illud est p̄ singulas virtutes discurreti, similes esse actiones, quæ virtutem præcesserunt, ijs quæ virtutem habitam consequutę sunt. Temperatus enim, et temperauit voluptatibus anteq̄ fieret tēperatus, & temperat æque quando iam est effectus temperatus.

Sensus tertij capitis primi tractatus  
quod Incipit signum autem .

**Q** Vum autē ea sit ratio: potissima cognoscēdi nos esse virtutem affectuosos, si qđ agimus, agimus cū voluptate: contrā, si cum dolore animi quippiā facimus, intelligere possumus nos carere virtute. Necessarium virtutem & vitium in voluptate & dolore consistere. Præterea, quæ non consistant, si per voluptatem doloremq̄ generantur & corrumpuntur: voluptas enim nos ad malum impellit: dolor a bono deterret. Deinde si quicquid honestum & vtile et bonū est: cōtinuo fit vt etiā sit voluptuosum: quæ non & ipsa virtus suam habeat ex voluptate portionem? Postremo si circa difficilia versari virtutem

conuenit: Quid est tam difficile (vt inquit heraclitus) quam obſistere voluptati, quæ nobiſcum nata & educata.

Sensus iiii capitis primi Tractatus  
quod Incipit quæret autem.

**A**T quæres, ſi nemo ædificat, niſi quæ artē tenet ædificandi, quomodo iuſtas actiones ædiderit, qui nōdū factus ē iuſtus. Soluitur ratio, ſi cōceſſerimus eum poſſe ædificare, qui non tenet artē. Edificat in quibus, & recte ædificat, ſed nō ex arte, ita et quæ iuſtas faciet actiones: ſed nō iuſte, hoc ē ex iuſticia. Poſſumus et negare artis virtutiſque ſimilitudinem. Satis. n. habēt artifices, ſi opus recte fiat quoquomodo, id etiam ſi caſu recte fiat: At in virtute non ſatis eſt recte quipiam egiſſe, niſi ſciens, conſultò, & conſtanter id egeris.

Sensus primi capitis Tractatus ſecundi  
quod Incipit Poſt hec autem.

**D**Einceps virtutiſ inuenienda eſt definitio. Sane cum virtus non ſit affectio animi vlla: quippe quum ſit po-

B iii

tius affectionum moderatrix . Et quum non sit vlla ex potentijs: quum tam potentie, quàm affectiones ab ipsa statim natura oriantur, virtutes vero nequaquam, reliquū est, vt virtutem habitum esse dicamus. Nam palam est principia humanarum actionū, aut potentias, aut affectiones, aut habitus esse oportere.

Sensus. ij. cap. ij. tractatus quod  
Incipit oportet autem.

**V**irtus inq̄ habitus est, qui vt equū æquiq̄ opera sua virtus commendat, ita hominem actionemq̄ hominis perficit et honestat. Diximus, virtutē in mediō esse constitutam. Nam & hoc artium est quæ longe sint virtute incertiores et difficillimū semper est, occurrere mediō. In eo autem mediō virtus est collocata, nō quod ipsa res statuit sed quod nos pro nostra prudentia terminamus. Nam diuersa esse hæc media subiectio, exempli declarat inter. ii. & x. quis ignorat, mediū rei esse senarium. Quis item ignorat, si libra cibi superfluat, mihi vnica sit parum non esse, propter hoc a me



dico mihi quincuncem assignandum, ita fit ut virtus sit habitus electivus in mediocritate consistens, quo ad nos in mediocritate inquā proprie, ex cōmēdatione vero in summitate. Qd si ita est: sola ea sunt nacta mediocritatem quæ possunt recte & cū virtute cōmitti, furtum, stuprum, homicidiū, Maliuolētia & huiusmodi mediocritatem non recipiunt, quia committi sine peccato non possunt.

Sensus primi capituli, tractatus, iij. quod incipit, Oportet autem non solum.

**V**Niuerſalem autem hāc definitiōnem, si ad particulares virtutes accommodauerimus (Nam actiones particularium sunt) certius efficiemus id de quo nūc agitur. Circa timores igitur, Mediocritas est fortitudo, excessus temeritas, defectus timiditas. Circa dolorem voluptatemq; cibi, potus, venereorū, temperātia, Intemperātia, insensibilitas. circa rerum mediocriū erogationem, liberalitas, Prodigalitas, Auaritia. Circa rerum magnificarum erogationem, Magnificētia, ventositas, Modicitas. Circa paruorū hono-

B iiii

rū cupiditatē, mediocritas caret vocabu-  
lo, excessus Ambitio, defectus Remissio.  
circa magnos honores, Magnanimitas,  
Inhiatio, pusillanimitas. Circa iram, mā-  
suetudo, iracundia, segnities. Circa ea que  
ad veritatem pertinent, Grauitas, vani-  
tas, ironia. Circa ea quæ in loco versatur,  
Comitas, Scurrilitas, Rusticitas. Circa ea  
quæ ad vitæ socialis voluptatem requi-  
runtur, Affabilitas, lasciuia siue Adula-  
tio, Morositas. Laudantur etiam affectio-  
nes nonnullæ, quia in mediocritate con-  
sistunt, vt verecundia, cuius excessus Im-  
pudētia, defectus Paviditas, Indignatio.  
Item affectio est laudata inter inuidiam,  
& peruersum de malis alienis gaudium  
in medio constituta. De iustitiæ vero duo-  
bus generibus, & reliquis intellectu-  
bus virtutibus, suo loco dicemus.

Sensus. ii. Cap. Trac. iiii. quod Incipit

Tribus autem dispositionibus.

**Q**Uum autem virtus de defectu cō-  
parata excessus habeat rationē.  
Comparata excessui, defectus es-  
se videatur iure optimo vtrique extremi.

tati cognoscitur esse contraria, Sed extremitates inter se quia plus distant magis etiam contrariantur. verum defectus aliquando sunt virtuti similiores, quæ excessus ut in temperantia, aliquando excessus ad mediocritatem magis videtur accedere ut in fortitudine sumus & nos interdum huius rei causæ. Quum enim homo simul atque nascitur ad voluptatem sit procliuus necesse est ut virtuti quæ nos a voluptatibus reuocat intemperantia sit maxime contraria.

Cap. tertium Trac. tertii quod incipit  
quoniam quid igitur.

**I**Ta tenebimus mediocritatem, si primum a vitio magis contrario declinabimus & extra fumum & fluctum ut calipso apud homerum monuit nauim adigamus deinde si ad eius labis contrarium ad quam natura, proni fuerimus nos accommodabimus Postremo si voluptatem ut scopulum utque apud troiam semores helenæ aspectum euitabimus satisque habituri sumus si a mediocritate saltem non multum abesse videbimur.

Finis.

Hermolaus Barbarus Domino suo  
præfuli humaniss. P. Foscaro.  
S. P. D.



**L**IBER ad te de mori-  
bus Tertius venit. Qd  
munus fortasse, Accōmo-  
datius tempori extitisset,  
si dilatatum, fuisset ad pau-  
cos dies in quibus san-  
ctimonix & moribus vt nosti, diligen-  
tius vacare oportebit. Sed me, vt verum  
fateor, ꝑꝑ video non esse dignam philo-  
sophia nostra sententiam, Eadem ratio  
mouere potuit ad properādum, quæ eos  
etiam mouere solet qui carnibus eo tēpo-  
re abstinent, quo cæteris pene concessum  
est bacchanalia viuere, vt ait poeta, ille eo  
sane consilio vt ceteros religione castita-  
te fide prestare videātur. Sed tu puta di-  
ctū ioco. Soleo enim pro tua erga me fa-  
cilitate hoc loquēdi genus sepissime vsur-  
pare, quod etiam feci in superiore episto-  
la cum de, Ranis loqueremur.

Vale, iiii. Klend. Februarias,  
M. CCCC LXXIII.

## Primum Cap. Tertii libri Ethicorum.

**Q**Uum solas eas actiones, quæ voluntarię sunt, aut laus, aut vituperatio consequatur. Definiedum est quid voluntarium sit, quid inuoluntariũ. Inuoluntariam dicimus Actionem. Si quis manibus pedibusq; ligatis inuitũ trahat, vi ergo facta actio est, cuius est externa causa ea re cui vis infertur nihil conferente. Si autẽ metu pœnarum quid agatur partim voluntaria est actio, quia tunc quũ agitur positum est in agentis potestate, partim inuoluntaria: quia si nusq; referas sed simpliciter loquaris, nemo spõte id faceret, ad quod metus impellit. Quod si nõ aliter proposita impunitas fuerit, nisi turpissimũ aliquid committas moriedũ est potuis. Quod si id egeris quod turpe quidem sit, sed quod si detretasses fueras extrema perpessus supplicia veniam vt te consequi æquum sit, ratio ipsa demonstrat, imo etiã euitandæ maxime calamitatis causa parũper delinquere laudis ẽ.

De Inuo. per ignorantiam.

**A**D eas autem actiones, quarũ ignorantia ẽ causa si ita sis affectus ut postea quã rescueris verbi cause te ex ignorã

tia plūbū accepisse ratus argētum esse pœniteat accepisse. Inuoluntarias esse certissimū est. Si vero òn pœniteat appellaueris recte nō volūtarias. At prauī ebrīj flagitio si agunt ne ex ignorantia. Nequaquā. Sed ignorantes: Quidni: Quia malus omniscū quū agit: arbitratur id bonū esse quod agit. Quo fit vt ignorantia non p̄cedat sed concomitetur peccatum sed claudere possumus inuitos eos agere: qui aut personam agentis aut id quod agitur: aut id esse quod: aut propter quid aut quomodo aut quo loco aut quo tempore aut quibus auxilijs agatur ignorant. Quare quum inuoluntarium omne aut ex uī aut ignorantia nascatur: consequens est vt volūtariæ actiones sint illæ quarū internæ sunt causę eo qui agit: sciente circumstantiarum vnāquamq̄.

Sensus secundi cap. primi Trac. quod incipit determinatur, autem voluntario.

**A**ctiones quum ex nostra pendeant electione sequēs est: vt de electione:

dicatur. Est quidem electio voluntarium quid ut satis, liquet: Neque recte sentiunt qui concupiscētiā aut Irā esse arbitrantur quā illa nobiscum communia sunt etiā beluis: hæc solum hominem spectet. Neque illi quoque recte qui voluntatem putant esse: Volumus, n. ea quæ factū impossibilia sunt eligimus tantum possibile. At qui opinionem dicunt nonne in eo falluntur quod quum opinio circa res versetur æternas non vident electionem ad res pertinere in nostra potestate collocatas? Qui si non omnem opinionem sed eam quæ de his rebus duntaxat habeatur quæ per nos aguntur electionem existimant quomodo non aduertunt illa non esse eadem, quorum diuersæ sunt perfectiones? At qui laus omnis electionis in recta actione opinionis in veritate consistit. Est ergo electio voluntaria quidem res: sed quam consultatio antecessit iccirco carere dicuntur electione, quæ repente fiunt, idest inconsulto.

r Sensus tertij cap. primi Trac. quod inci-  
pit consiliantur autem &c.

**A**T queres, quid sit id de quo consultatio habeatur. Sane non æterna, non immutabilia: non naturalia: non fortuita, non lōginqua: non illę actiones, quę certe quarūdam sunt artium. Nam describendi ratione nemo consultat pleriq; de nauigandi, medendi, negotiādi: quia sunt incertissimæ. Incerta ergo addo etiam magna: Sordidi. n. est deliberare de minimis: in consultationem cadunt. Sed finis propter quem agis: non cadit (sumitur namq; & proponitur tanquā principium) sed ea quę ad finem diriguntur. Circa hęc siue duo siue plura sint labor est: quod resoluēdo ad eam cogitationem veniamus: a qua q̄q; est postremo reperta: incipiat tamen omnis nostra ad finem actio proficiſci. Ita inuentis rationibus omnibus finis imponitur consultationi. Eadem ergo sunt electioni & consultationi subiecta. Sed electio est affectatio eius de quo habitata est consultatio.



Sensus.iiiij cap. primi Trac. quod  
incipit voluntas quidem.

**V**oluntas vero a fine potius feritur  
finem autē hunc qui per se hone-  
stū putant errare videntur in eo qui ne-  
sciunt fines etiā inhonestos amari. Qui  
vero non per se honestū sed apparentē  
credunt: falluntur in eo q̄ sequitur nullū  
futurū esse naturale voluntatis obiectū  
ēque ac nullū foret naturale visus obie-  
ctum si nō ipse color: sed quod cuiq̄ co-  
lor appareret oculos. ferire diceretur.  
Quo fit vt obiectum quod principale  
voluntatis sit per se honestum quale stu-  
diosi appetunt. Sed consequens sit appa-  
rens honestum quale flagitiosi concu-  
piscunt. Quemadmodum enim ea que  
vere dulcia sunt: a benevolentibus dul-  
cia sentiuntur. Ab ægris amara  
existimantur. Ita honestum  
quod est: studioso vide-  
tur honestum esse.  
flagitioso cō-  
trarium.

**Sensus. V. capitis tract. primi quod incipit  
existente vtiq; voluntabili.**

**A**ctiones itaq; quæ cōsultationem  
electionemq; consequuntur, quia  
voluntarię sunt efficiunt etiā volūtarios  
habitus. Quāuis. n. sit nemo foelix inui-  
tus: fiunt tamē homines spōte flagitiosi :  
Nā cursi aliqua cupiditate cōcitatus pec-  
cas si ex iuris apertissimi ignorantia cō-  
tra legem cōmittis: luenda esset tibi pœ-  
na: si coactus delinquēs: Quur etiam: si  
p ebrietatem parricidiū ppetraſti si eius  
ignorantia q̄ sequuta est ebrietatē causa  
ipse nō finisti: sane appetitus q̄uis ex  
sua cuiusq; naturæ varietate humorūq;  
cōplexu varie afficiat singulos: paret ta-  
men rationi quū vult: vnde & primæ cō-  
citationes neq; omnibus eēdem. neq; vo-  
lūtariæ sunt. Sed quæ ex habitu profici-  
ſcuntur: ita in potestate nostra videntur  
esse vt habitus, habitus vero quis neget  
esse voluntarios. si actiones habituum  
effec̄trices voluntarię esse intelliguntur.  
Nam per virtutem voluntariam esse  
concedunt: vitium negant: rationi pu-  
gnant;

gnantiquum necesse sit circa eandem naturam versari contraria. Sed actiones quidem semper, habitus vero initio duntaxat in nostra potestate sunt. Sicut ægrotationes in quas nostra causa currimus.

Sensus primi Cap. ij. Tracta. quod incipit,  
quoniam quidem igitur medietas  
de fortitudine .

**N**unc ad particulariores virtutum  
explicationes trāseamus, fortitudi-  
nis, circa quam versetur materia sunt terri-  
bilia. Non dico egestatem, exilium, inimi-  
citas, morbos, infamiam, quæ qui contem-  
nit nondum tamen est fortis, quamquam  
potest in ijs perferendis animi inuicti ma-  
gnitudo elucere. Sed ea dixerim terribilia,  
quæ maxime terrent, qualis est mors, atque  
ea quidem non omnis. Sed quæ in bello  
pro communi vtilitate suscipitur. Sunt  
enim, & maxima, & repentina belli discri-  
mina, quæ qui magno animo, atque  
intrepido subit, inuictissimus,  
& fortissimus rite  
haberi solet.

C

Sensus. ij. Cap. Tractat. ij. quod  
incipit . Terribile autem  
non omnibus &c.

**T**erribile autem, quia duplex est, aut enim hominis facultatem excedit, quod non timere insipientis est, aut par est hominis viribus, id si quis honesti finis causa subit, eoq; modo, & ordine quo, oportet forti animo est, & excelsio. Porro qui sine vlla prorsus est trepidatione, quia pauci sunt generis huius, carere etiam vocabulo debuit, sed appelletur impavidus. Qui vero audendo peccat, excessu audax dicitur. Is ita simulator est fortitudinis, vt ea pericula quæ parui fecisset absentia, præsentia, perhorrescat: Qui autem metuendo excedit, meticulosus is, q̄q̄ audendo deficit, dicitur tamen timoris excessu peccare, quia notior est excessus, quàm defectus: desperat item, meticulosus semper audax, contra vana spe alitur, fortis mediocritatem inter hæc omnia & dignitatem seruat. Item audax ferox est ante pericula, in periculis stupet, fortis ante pericula quietus, In pericu-

lis feruet: Sed num qui euitandæ alicuius molestiæ causâ mortem sibi ipsi con-  
sciuerunt, fortes appellamus? minime:  
Quando non honestatis, sed deuitâdi ma-  
li gratia mortem susceperunt:

Sensus. iij. Cap. ij. Tract. quod incipit,  
dicuntur autem & aliæ.

**S**Vnt & quedam fortitudines verè quâ  
similimæ, harum quinque sunt genera:  
Prima ciuium est, quos vel honorum cu-  
piditas, vel repulsarum metus, vel suppli-  
cij timor, vel loci necessitas fortissimos fa-  
cit. Secunda est eorum, qui ob rei milita-  
ris peritiâ pericula magna aggrediun-  
tur, sed ciuilis fortitudo præstantior. Sta-  
tim enim vt peritiâ cœpere pericula ex-  
cedere milites deserunt. Ciues contra vitæ  
turpi mortem gloriosam anteponunt. Ter-  
tia est ferarum, quas ira & furor impetuo-  
sas facit, estque hæc fortitudo maxime  
naturalis. Quod si furor ad electionem  
accesserit, manabunt mirabiles veræ for-  
titudinis actiones: Quarta eorum, qui  
ex suæ fortunæ fidutiâ, & vincendi con-  
suetudine, adire pericula magno animo.

C ii

solent. Quinta eorum, qui nulla extimatione periculi habita, sed ignorantia fortes videntur esse. Atque hi postquam animadvertunt aliud esse, quam putarant fugam arripiunt.

Sensus.iiii.Cap.ii. Tract. quod incipit  
circa Audaciam & timores.

**S**ed est veræ fortitudinis proprium sustinere potius pericula, quam aggredi, hoc est timori resistere, quam audacem esse, sustinemus enim superiorem, aggredimur parem, vel inferiorem. At qui difficilius est sustinere superiorem. Item dolorē tolerare, quam gaudere. Quis enim gaudeat inter vulnera, cruciatus, mortē? Quæ eo grauior esse debet viro forti, quo pluribus virtutibus pollet, & quo maiora vitæ commoda amittit ex morte, est tamen nihilominus fortis, imo, & fortior. Aliquantum etiam gaudet ob eum finem virtutis, quem moriendo videtur attingere. Militū vero eo vilior est habenda conditio, quo minoribus, & paucioribus bonis ex morte priuantur.

Sensus primi Cap. Tract. iij. quod incipit,  
post hæc de Temperantia.

**T**emperantię vero materia, circa quã  
versatur, sunt dolor, & voluptas, sed  
voluptas potior, quia dolor oritur ex volu-  
ptatis absentia. Voluptas autem non om-  
nis est materia, non enim ea, quæ est ani-  
mi, sed corporea. Atque ea quoque non  
omnis. Quando necq; is, qui pictura, necq;  
is, qui cantu nimium oblectatur dici solet  
intemperatus. Neque qui olfaciendo, aut  
gustando, nisi forte per accidens, ex eo vi-  
delicet, q; ex odore eduliorum sapor, qui  
omnis ad gustum pertinet percipiatur.  
Voluptas vero, quę nascitur ex sapore to-  
ta pendet ex tactu. Quo fit, vt quum vna  
sit nobis reliqua voluptas hæc, quæ tan-  
gendo fit, temperati sint, qui ea recte vtun-  
tur, intemperati, qui non recte, vtique quã  
simillimi belluis, quibus est nobiscum  
vsus tangendi communis. Porro nõ  
omnis tactus est vitij capax,  
sed quarundam dun-  
taxat corporis  
partium.

C iij

Sensus Secundus . Cap . Tract . iiii : quod  
incipit , concupiscensiarum hæc  
quidem communes .

**Q**Uum vero duplex sit naturalis cupiditas , vna communis , altera singulorum : communis , vt si esurias cibi , & potus , singulorum , huius cibi , huius potus . Qui in cōmuni cupiditate peccant in vna re tantum peccant , quia plusq̄ naturæ sit satis , accipiunt . Qui vero in propria cupiditate delinquant , errare multifariam possunt , puta si plus , si minus accipiant , si alio tempore , alio loco , alio modo quàm oporteat . Sed fortis quidem in dolore malorum presentium tolerando versatur . Temperans vere eo modo in dolore versatur , vt rei voluptuosæ absentiam minime doleat . Intemperatus doleat . Quo fit vt hic , quia semper concupiscit , semperq̄ aliquid abest , in dolore sit semper . Qui vero à voluptatibus omnis generis est alienus , quia & rara est hæc auis , & à natura multum recedit , humana nuncupatione caruit , nisi insensibilem velimus appellare . Temperans autem



is est, qui voluptatibus præsentibus abstinet, absentes non concupiscit. Qui sequitur eas, quæ aut ad corporis bonam valetudinem faciunt, aut non aduersantur, Demum eas omnes amplectitur, quæ salua honestate non excedunt facultates.

Sensus Tertii Cap. Tertii Tractat.  
quod incipit, voluntario  
autem magis:

**I**Ntemperantia autem, quia circa voluptates consistit, quas homines sponte persequuntur, vitium erit magis voluntarium, quam timiditas, quam circa dolorem esse probauimus, A dolore namque abhorret vniuscuiusque natura tanquam a labefactore. Quare erit intemperantia vituperatione, quam timiditas dignior, Est & illud scitu per dignum: vniuersalia pericula magis voluntaria esse, quam particularia. Quis enim non minus pertimescat hostes, quam hos hostes, qui telis infectis irruunt? E contrario magis voluntarias esse libidines particulares, quam vni-

C iiii

versales: Quum is qui nunc esse vult libidinosus, nolit tamen esse simpliciter libidinosus. Recte etiam pueri intemperati, incastigatique appellantur. Quasi & libidinoso, & puero castigatione sit opus. Quum enim insatiabilis sit vtriusque appetitus, si euagari libere permittantur, excrescet ex frequenta actione cupiditas, & affecta vehemens mentem ipsam de sede sua turbabit. Quare vt pueri paedagogo, ita intemperati ratione sint comprimendi.

Finit compendium tertij libri  
Ethicorum Aristotelis.

## INCIPIT QVARTI EPITOME

Hermolaus P. Fos. suo  
Domino, S. P. D.



Abes quartum volumen compendio coarctatum. In quo legendo facile te ipsum, laudesque tuas recognosces. Est enim totus hic liber tuarum virtutum, tamquam iudex. Nam de liberalitate, quę benignitas dici recte potest, et magnitudine animi. Mansuetudine præterea gravitate: urbanitate; comitate; affabilitate; modestia abũde hic agitur. Quę virtutes, vt omnes intelligunt; veluti peculiaria ornamenta in te vno præcipue & consummatissime conspiciuntur. Quamuisq; cœteris quoq; laudibus fortitudinis, temperantię, Sapientię, religionis minime careas: In patentissimo tamẽ præconiorum tuorum campo primũ locum obtinere videntur illę virtutes: quę ad morum facilitatem, & societatis humanę necessitudinem pertinent. valeat. T. R. D. Idibus Martijs, M. cccclxxv.

Sensus primi Cap. primi Tract. Quarti  
libri . Ethicorum quod incipit  
dicamus autem deinceps  
de liberalitate .

**N**Vnc de liberalitate agamus . Ea est circa pecuniariam rem laudata mediocritas in erogatione, acceptationeque constituta: dando tamen potius, quàm acceptando perspicitur . Nam virtuti plus congruit benefacere, quam bene perpeti . Sane necessarium est eum, qui liberaliter agit & recte, & cum voluptate id facere: Acceptioni vero ita modum adhibere, vt erogandi alijs gratia accipere videatur, vnde fit, vt liberales ditari minime possint: minime velint: sed pauca sibi reliqua efficiant: cætera distribuant, habeant tamen & personarum delectum, & rationem facultatum minime negligant . Est enim habitus ipse, qui facit liberales, vt simus: non munerum multitudo . Id autem plurimum euenit: vt liberaliores sint, qui à parentibus parta iure hereditario suscipere, quàm qui suis laboribus locupletati sunt, illud verissimum est solere plus

angi liberalem, si necessario sumptui percipisse uideatur, quàm si quid inconsulte profundat: Prodigus nimius est in expendendo, in accipiendo, retinendoque, negligentissimus, avarus contra nimius est in accipiendo, & retinendo in expēdēdo. Vel in minimis quibusque parcissimus.

Minus tamen peccare uidetur prodigus quàm avarus: idque uitium solet plerunque à senectute, et egestate tolli, uel minui. E diuerso, auaritia perniciosior, fit enim in dies obstinatio: crescitque h̄isdem illis ex causis, quæ prodigalitati medentur. Est autem prodigalitatē genus aliud cum auaritia, luxuriaque coniunctum. Plerunque enim euenit: ut is qui temerarie largiendo dilapidat opes suas, indiscrete, iacturis alienis locupletari uelit, quo & ad histriones scurras, & adultores educandos, & alendos suas foedissimas uoluptates suppetant copiae. Auaritiæ quoque multa sunt genera. Alij namque parci quæ sint, & tenacissimi solum, hoc agunt; nequid de re minuatur sua: alienis tamen abstinent, aut quia turpe id esse arbitrantur, aut quia uerentur; ne sit difficile alie

Sensus primi Cap. primi Tract. Quarti  
libri . Ethicorum quod incipit  
dicamus autem deinceps  
de liberalitate .

**N**Vnc de liberalitate agamus . Ea est circa pecuniariam rem laudata mediocritas in erogatione, acceptationeque constituta : dando tamen potius , quam acceptando perspicitur . Nam virtuti plus congruit benefacere , quam bene perpeti : Sane necessarium est eum , qui liberaliter agit & recte , & cum voluptate id facere : Acceptioni vero ita modum adhibere , vt erogandi alijs gratia accipere videatur , vnde fit , vt liberales ditari minime possint : minime velint : sed pauca sibi reliqua efficiant : caetera distribuunt , habeant tamen & personarum delectum , & rationem facultatum minime negligant . Est enim habitus ipse , qui facit liberales , vt simus : non munerum multitudo . Id autem plurimum euenit : vt liberaliores sint , qui a parentibus parta iure hereditario suscipere , quam qui suis laboribus locupletati sunt , illud verissimum est solere plus .

angi liberalem, si necessario sumptui percipisse uideatur, quàm si quid inconsulte profundat: Prodigus nimius est in expendendo, in accipiendo, retinendoque, negligentissimus, auarus contra nimius est in accipiendo, & retinendo in expēdēdo. Vel in minimis quibusque parcissimus.

Minus tamen peccare uidetur prodigus quàm auarus: idque uitium solet plerunque à senectute, et egestate tolli, uel minui. E diuerso, auaritia perniciosior, fit enim in dies obstinatio: crescitque h̄isdem illis ex causis, quæ prodigalitati medentur. Est autem prodigalitat̄is genus aliud cum auaritia, luxuriaque coniunctum. Plerunque enim euenit: ut is qui temerarie largiendo dilapidat opes suas, indiscrete, iacturis alienis locupletari uelit, quo & ad histriones scurras, & adultores educandos, & alendos suas foedissimas uoluptates suppetant copiae. Auaritiaē quoque multa sunt genera. Alij namque parci quā sint, & tenacissimi solum, hoc agunt; nequid de re minuatur sua: alienis tamen abstinent, aut quia turpe id esse arbitrantur, aut quia uerentur; ne fit difficile alie?

na contrectare: & tueri sua. Alij contra nulla turpitudine deterrentur: quorum suã meliorem faciant & amplioem. In quo numero sunt Lenones, fœneratores: aleatores, latrones, piratæ. Sepulchrorum violatores, & huiusmodi generis homines fordidissimi.

Sensus Cap. ij. primi Tract. quod incipit videbitur autem.

**A**T Magnificentiã virtus quidem est ad erogandas pecunias, vt liberalitas instituta, sed operibus, & sumptibus excellentiam quandam, & magnitudinem adhibet. Magnificus ergo non id quærit, vt quàm minimis potius sumptibus opera consumantur, quàm vt magnificentissima, & præciosissima efficiãtur. Est enim necessarium, vt præciosa sint, & suapte natura conuertant conspectantium oculos in admirationem. Conspicitur autem in ijs operibus magnificentiã: quæ ad deorum aut Reip. ornamentum pertinent. Hęc autem quæ tenuiores minime possunt præstare magnificis esse non licet. magisq; virtus hæc



ad eos homines, attinet qui diuitijs genus  
 & gloriam adiecerunt. Sed & in ijs quoq;  
 magnificum esse oportet, quę vt nuptię fie-  
 ri semel in vita cōsueuere. In hospitalitati-  
 bus, Item, atque ijs temporibus, quibus di-  
 mittendi cum muneribus peregrini sunt:  
 solet ijs plurimum videri magnificus, qui  
 maximo studio in eam curam incumbit,  
 vt omnia cum nitore: elegantia, & copia  
 exhibeantur. Domus quoque splendidissi-  
 ma esse debet eius hominis, qui nulla in re  
 videri vult fordīdus. Ventosum dicimus  
 qui excessu peccat. Is autem paruis in re-  
 bus multa consumit: aut in magnis & ex-  
 cellentibus pauca, Modicus contra defectu  
 laborat, atque ita laborat, vt inchoata ope-  
 ra metu expensarum semper deses, semper  
 querulus deserat. Et quidem vterque in vi-  
 tio, Quia tamē haud multum nocēt mor-  
 talibus, minus vituperādi sunt, quia etiam  
 carent infamia:

Sensus primi Cap. Tract. ij. quod  
 incipit Magnanimitas,

**M**agnanimitas vero circa magnos  
 veriatur, & excellentes honores vt

pote circa eam rem, quæ bona fortunæ reli-  
 qua & præstantia, & dignitate, & clarorū  
 hominum opinione antecedit. His autem  
 honoribus, quos uir magnanimus appetit,  
 etiam dignissimum esse oportet. Quare  
 optimus quoque sit, est necesse. Nam si ma-  
 ximis honoribus se dignum recte putat.  
 Maximis vero nulli maiores esse possunt;  
 Erit ut etiam sit virtutibus omnibus præ-  
 ditus, & quod sequens est: optimus. Alio-  
 quin maioribus dignis is esset, qui pluri-  
 bus virtutibus esset illustratus. Honores  
 itaque maximos ita suscipiet, ut minores  
 tamen esse meritis suis, atque impares arbi-  
 tretur. Exiguos aspernabitur. Sane eodem  
 pacto circa diuitiarum despicientiam erit  
 affectus: utramque fortunam moderate, &  
 sapienter feret, pericula adibit permaxi-  
 ma, vitæ non parcat. Inuitus & cum pudore  
 beneficio afficietur: Magnus inter ma-  
 gnos cum reliquo genere modestissimus  
 haberi, & esse uolet. Maturus, præterea  
 grauis, apertus, verax, liber, ab assentatio-  
 nibus abhorrentissimus. Nullus rei admi-  
 rator, immemor iniuriarum. Parcus, rarus-  
 que laudator. Nunquam maledicus. Inces-

fu item lento, & voce graui, sermone constanti, Qui deficit pusillanimus. Qui excedit, inhiator, & inflatus dicitur. Pusillanimi in eo peccant, quod se quum digni existant indignos honoribus arbitrantur, ex qua opinione virtutis honestissimæ actiones sæpissime deseruntur. Inflati ex ea dementia afficiuntur: quod cum seipsos non cognoscant, faciunt se maioribus dignos, quã aut ratio, aut æquitas postulat. Quare magnanimo plus aduersatur pusillanimus, quàm inflatus.

Sensus Cap. ij. Tract. ij. quod incipit,  
videtur & circa hunc.

**E**st & circa mediocres honores virtus quædam: quæ quia caret nomine: fit vt eorum, qui in extremis sunt regionibus constituti: plerunque ita fiat mentio, vt esse videantur in medio collocati, Remissus enim, quia defectu peccat: aspernatur honores: Ambitiosus: quia excessu cupiditatis affligitur anxie petit. Is q medium locum obtinet ratione postulante petit, & aspernatur. Quam ob

rem vtriusque videtur particeps esse naturæ:

Sensus primi Cap. Tract. iij. quod incipit  
Manfuetudo autem est quædam.

**M**anfuetudinem vero mediocritatem eius affectionis dicimus, quæ ira nuncupatur. Quid enim aliud est mansuetum esse, quàm ea animi perturbatione carere in qua homines furore animi perciti nihil considerate, nihil constanter aggrediuntur. Hi iracundi quum sint, peccant excessu. Qui vero nunquam irascuntur ex defectu confestim vituperandi sunt. Nihil enim dementius est, quàm non irasci, quando est opus; si vis vi repellenda est, si patris caput, si filij salus, si vxoris pudicitia defendenda, vindicare est necesse. Vindicare autem quis recte sine iræ vestigio vlllo potest? At iracundiæ multa sunt genera. Alij enim simulatque irascuntur, è vaporato veluti ardore mansuescunt, vt biliosi. Alij contra, quum diurna iracundia affligantur, nunquam nisi reposita vindicta molliuntur. Est & tertium

tertium genus eorum pessimum, qui sine causa quum irascantur. Iracundiam non solum diu retinent, sed consulto. Quæ propter hunc, qui in excessu sunt habitus mansuetudini magis aduersantur; Est enim prona ad vindictam natura mortalium, & molestissima esse solet consuetudo, Iracundorum.

Sensus primi Cap. Tract. iiij. Qui incipit In Colloquijs autem.

**E**st et circa eam voluptatem, quæ in sermone, totius, quæ est vitæ communicatione percipitur, necessaria maxime virtus affabilitatis: Quæ solet etiam amicitia appellari: Non ea, quæ, inter duos contrahitur, sed ea humanitas, qua cum omnibus vel ignotis vti solemus, pertinet autem ad hanc virtutem, Admonere interdum: interdum etiam castigare eos, qui turpiter aliquid, aut faciunt, aut loquuntur. Adhibebit tamen hanc diligentiam, vt aliter cum necessarijs, aliter cum amicis, aliter cum peregrinis, aliter cum magistratibus, conuersetur affabilis. Qui vero vt placeat

D

omnibus nullam habet dignitatis rationem lascivus dicitur, aut si lucrandi gratia faciat adulator. In defectu est litigiosus contentiosusque. Quippe qui nihil aliud cogitet quam inferre molestiam istis, quibuscum versatur.

Sensus Cap.ii. Tract.iiij. quod incipit.  
circa eadem fere est.

**E**A autem quæ circa dicti factique veritatem virtus est, gravitas dicitur. Inter Ironiam ostentationemque, constituta. Ita qui in extremis duobus sunt mentiantur, est necesse, Irones enim minora quam sint, effingunt ostentatores maiora, vir gravis veritatem aperit, explicat omnia dicta, & facta ut dicta, & facta sunt. Quod si magnæ alicuius utilitatis gratia mentiendum est viro gravi & sapienti ad Ironiam potius quam ad ostentationem, est inclinandum. Honerosi namque excessus sunt et exuperantiæ odiosæ, Mentiantur autem alij nullius finis gratia si vnam tantum ob rem, quia mendaciorum gaudent, & ipsa illa ostentatione istique vani sunt potius.

quā improbi existimandi, Alij ob honoris, & gloriæ, cupiditatem. Atq; ij quum rem præstantissimam appetant minus in vitio sunt. Nonnulli pecunię spe mouentur ad mentiendum horum genus est deterrimum, Et ij quidem, qui honoris appetentes sunt ea fingent ex, quibus laudari aut felices credi posse videantur. Qui vero ad lucrum referunt ostentationem, ea simulant quę facile dignosci ab omnibus nequeant, cuius generis sunt medici, & aruspices. Sed ironia vtuntur alij in rerum admirabiliũ doctrinæ ingenij, sapientię inficiatione vt Socrates faciebat. Alij in minuendo eas res attenuando quę quas, et ipsi in se esse vilissimas sentiunt, & Nemini sunt obscuræ, ij facile contemnuntur. Nam defectus nimius, & immodica attenuatio excessus habet rationem vt vestis lacedæmoniorum.

Sensus Cap. iij. Tract. iij. quod incipit,  
Existente autem requie.

**E**st & circa sales iocosq; virtus quædam quæ comitas appellatur. Nam in discrete omnia, ad iocum, risumq; tra-

D ii

ducere scurilitatis, est contra iustitatis, Iocosas confabulationes perhorrescere. Sed quia, ad risum ferme omnes proni sunt, & aliena conuitia libenter audiuntur. Nonnullis scurræ videntur comes esse, sed longe distant. Est. n. Comitas in locis libera libus dicundis, audiendis, quæ modesta, & decora dexteritas. Mordacibus item salibus vti decet non ijs, quibus extimatio vilius, aut minui aut lædi possit: Sed ijs, qui nulla lege prohibentur. Scurram autem cum accipimus, qui vt risum concitat neq; sibi neq; alijs parcit. Agrestem eum: qui ad hæc quum prorsus Inutilis sit, semper molestus, & tristis est. Sed quis ignorat, in vita necessariam esse laboris. Intermisionem & requiem.

Sensus Cap. primi, & vnici Tracta. Quinti  
& vltimi, qui incipit, De verecundia,  
autem vt quadam virtute, non  
contingit dicere.

**V**erecundia vero mediocritas quidem laudabilis est, non tamen virtus sicut neq; continentia, de qua dicitur,



Inferius, Verecundia autem, quum nihil aliud sit quàm dedecoris. Timor, affectio sit est necesse, Est enim timor omnis affectio. Sane decet. Adolescentem erubescere, senem & studiosum, non decet. Neuter enim debet, id committere, vt sit erubescendum. Nisi forte pertinere verecundiam, ad senem, & studiosum ea conditione velimus, vt vtrique si deliquerint, erubescendum sit. Neque recte dicunt rationē: quī qui putant, idcirco, verecundiam esse virtutem, quia scit vitium esse inuerecundum. Est enim vti verecundia, ita & verecundia ob rem turpē, studiosus ergo non potest verecundus esse, quum a turpibus abstineat.

Finis . iiii . Libri.  
Ethicorum.

D . ili

HERMOLAUS BARBATUS  
RVS. P. FOSCARO.  
S. P. D.



DITIONEM, Quia  
ti huius praesul humanissi-  
me, occupatiunculae, quae-  
dam urgentiores. Retar-  
dauerunt. Quae negligenti-  
a si iniustitiam aliquam  
praesert, praesert autem quia officij di-  
latio genus est iniustitiae quoddam quod mi-  
nime committi debuit in eo praesertim vo-  
luntate, in quo de iustitia agebatur. Quia  
tamen sextus iam liber ad te festinat, pote-  
rit recompensatione excusari, futurus est  
itaque propediem sextus, domi tue hospes,  
ut recenti hac celeritate, perterritus prio-  
ris tarditatis aequissimus alioquin clemen-  
tissimus quae quum sis, facillime obliuiscas.  
Vale Paduae. xij. Kal. Maij.  
M. CCCCLXXV.

## Epitome libri quinti, Ethicorum.

Sensus Pri. Cap. Pri. Tracta.

Feliciter.

**R**eliquum nunc est vt de iustitia agatur, Ea est habitus quo homines ad iuste agendum inclinati, & iusta agunt & volunt. Quum autem iniustus multifariam esse possit iustus, quoque totidem appellabitur modis. Quare iniustus cū sit qui contra leges facit, Itē qui bonorū fortunæ plus appetēs est, item qui malorum particeps esse non vult. Necessarium est, vt qui secundum leges viuit, Itē qui equali portione tam bonorū quàm malorum contentus est iustus esse videatur, is autem iustus, qui secundum leges viuit ea iura constituit, quę iudicat et ad sue reip. utilitatem, & ad ciuilis societatis, beatitudinem conseruandam pertinere. Lex vero ea omnia præcipit, quæ possunt esse humanæ vitæ ornamento. Nam & imbelles punit, intemperatos coercet cohibet, iracundos, vitia demum omnia acriter insequitur, virtuti præmia amplissima, statuit, vnde fit, vt hæc iu-

D iiii

Ititia clarissima & prestantissima sit virtutum omnium quum cæteras virtutum omnium actiones amplectatur. Non enim nobiscum solum sed cum altero quoque potius esse iusti possumus, In cæteris vero virtutibus euenit, vt ad nostram vtilitatem duntaxat eas actiones exerceamus. Quo fit vt iusticia alienum bonum in proverbio appelletur. Erit ergo iusticia virtus, totam virtutem amplexa, iniusticia e diuerso habitus vitiis omnibus coinquinatus. Sed hoc differt a virtute iusticia quoniam, iusticia respicit alterum virtus refertur ad Neminem.

Sensus .ñ. Cap. primi Tracta. quod incipit, quærimus .

**E**st & alia particularis iusticia, quæ sub ea, de qua supra diximus, legitima scilicet, Iustitia continetur. Ea est habitus, quidam particularis, vt reliquæ virtutes quo re sua contentus est vnusquisque & lucri, & damni æqualitate. Contrarius habitus est, quo quis exterioribus commodis abundare, & in commodis vacare pre-

ter equalitatem studet. Quare quæ generalis illa, & particularis hæc iustitia, versetur circa alterius vtilitatem. Differunt tamen, eo quod generalis illius iustitiæ materia virtutem uniuersam amplectitur, huius quia particularis est virtus, materia etiam est particularis, spectatque propriam alicuius vtilitatem. Huius duæ sunt species vna in honoris, pecuniæque, communis commodi, atque incommodi distributione consistit: Altera in commertiis. Commertiorum duo sunt genera, voluntariorum ut emtio: venditio, inuoluntariorum: atque horum alia occulta ut furtum adulterium, alia manifesta. Et violenta, ut verberatio, rapina, depopulatio, insectatio.

Sensus. iij. Cap. primi Tract. quod incipit,  
Quia autem & Iniustus.

**Q**Uum ergo iniustum omne sit inæquale, erit iustum omne inter plus & minus, medium quoddam in æquilitate constitutum. Quare, quia æqualitas minimum est in duobus, & iustum exerceri, nisi inter plures nequit. Consequens

est, ut ea quã distributiva iustitia seruat  
mediocritatē constet, & rerum distribuē-  
darum, & personarum, quibus distribuē-  
dum est proportione. Quare si quoniam  
persona personam superat, tātum res rem  
superauerit: recta erit distributio geome-  
trica pportionate seruata. Quam si spre-  
ueris: oriri videbimus ciuiles dissensiones:  
Non solum autem in numeris, sed in ijs,  
quoque quæ numerantur, reperitur pro-  
portionalitas: Huius duæ sunt species,  
Disiuncta, vt ea, quæ quatuor vtitur ter-  
minis, continua, vt ea: quæ tribus: Iustum  
distributiuum, in disiuncta consistit. Ita  
quum videris, talem esse rei ad rem, qua-  
lis est personæ ad personam, proportio  
etiam promiscue reperiens, talem esse rei  
vnius ad personam vnam, qualis est rei  
alterius, ad personam alteram proportio.  
Quinimo etiam hoc modo quadrabis,  
vt qualis est singularum persona-  
rum ad singulas res pro-  
portio, talis sit vtri-  
usq; rei ad vtran-  
q; personam.

\*

Sensus iij. Cap. primi. Tract. quod  
Incipit, Reliqua autem.


**A**T ius, quod est in commertiis optime fit per arithmetica[m] proportionalitatem, quæ quantitatis æqualitatem non ipsarum proportionū spectat. Neque enim ratio vlla personarum haberi solet, vbi in negotiis vltro citroq[ue] gestis, æqualitas constituenda est. Nam lex delicta respicit, non delinquentes: eundemq[ue] in modū, vtrum bonū si furatus est: ignominia notat: atq[ue] si improbus fuisset. Quamobrē iudex iacturam eius, qui ad iudiciū profugit, cum lucro alterius recompenfat. Est enim ius medium quid inter lucrū & iacturam, iudex vero ius est animatum. Lucrum autē dicitur quis facere: quum plus habet eius rei q̄ ad se minime ptinet. Iacturā quā is facit: qui quod suū est non habet.

Sensus. v. Cap. primi. Tract. quod Incipit,  
videtur autem aliquibus.

**N**on recte autē pythagorici putauerūt iustū eē: id quod qs repatiē, hoc

est tantum quantum quis est passus: quando redditur, iustum esse dicendum. Non enim fas est principem cedi ab eo qui cesus sit a principe. Si vero ita adieceris: ut iustum illud sit, quod quis repetitur, seruata proportionum non quantitatis equalitate, recte definiēs. Et. n. humana societas, & civilis consuetudo, officiis vltro citroque pro hominum conditione reddendis, maxime solet contineri. Coequanda sunt, contrahentium mercimoniā coniugatione. Diametrorū:

Hoc modo Quid si precia imparia sunt, aut rerum replicationum, aut numo: qui propter hoc est adiuuentus, recompensare oportet. Rerum autem precia pro modo penuriae instituitur: Nulla namque fit permutatio earum rerum, quibus non egemus: Ex superioribus liquet: iustam actionem esse, interfacere iniuriam, & pati, mediam. Est. n. facere iniuriam plus habere, pati vero minus, Omnis autem virtutis actio inter plus minusque consistit: sed & hunc patet, iustitiam a ceteris differre virtutibus. Est. n.





ita in medio constituta, vt extremum alterū duntaxat vitium esse videatur, Illud est iniuriam facere: quę iniustitia dicitur: sed iniuriam pati, quod alterius est extremi, vitium esse non potest.

Sensus primi Cap. ii. Tracta. qui incipit, Quia autē est Iniustum facientē.

**Q**UERITUR deinceps: sit ne iniustus omnis, qui damnū infert; sane anteq̄ soluo: scire oportet ius politicū (de quo nunc est sermo) In vitę communicatione consistere, inter solumque ad homines liberos, et ad equalitatē adactos pertinere, vt ea, quę vsui humano esse possunt, abunde ex ea societate sumministrentur. Lex enim omnis ad liberos solum, & equales est lata. Nam serui a dominis, & filii a parentibus non a lege continentur; vocaturq̄ ius dominicum illud, hoc paternum. Nā politicū, ad eos pertinet tantū, qui nocere alteri possunt; at pater & dominus, si ille filijs, hic seruo nocent, nō nocēt alteri: Neq̄ sibi, quum sibi ipsi, partibusq̄ sui, & rei sue nemo nocere intelligatur. Ius au-

tem vxorium proprius ad politicū Atce-  
dit: quum maior sit inter virum & vxo-  
rem æqualitas.

Sensu8. ij. Cap. ij. Tract.  
quod incipit, poli-  
tici autem.

**I**Vs autem politicum, aut naturale est,  
aut legitimū, siue ciuile. Naturale est,  
cuius eadem est vbiq; vis: quodq; non ex  
hominum opinione, sed ex ipsa natura or-  
tum ducit. Legitimum est, quod tunc po-  
testatem habere cœpit: quum est consti-  
tutum, quia nullam vim antea obtinebat.  
Naturale vero idcirco dicitur, non q̄ inue-  
niri causæ non possint, in quibus non sit  
ei Iuri standum; sed q̄ rarissime: Sed iu-  
ra Ciuilia pro cuiusq; loci, temporis, quæ  
diuersitate mutantur, vt mensuræ, & pon-  
dera. Quare non eadem apud omnes ho-  
mines Iura seruantur: Quum nō eadem  
vbique respub. quamquam vna sit tan-  
tum naturaliter optima. Sane naturale  
ius, & legitimum, tanquam genera duo,  
cætera particularia iura complectuntur.

Sensus. iij. Cap. ij. Tract. quod Incipit  
 differt autem in iustificatione  
 & Iniustum.

**P**orro iniustum ab iniuria differt, & a  
 Iusto ius: quod iniustum est; ut furtum,  
 & verbera, etiam antequam quis fureretur,  
 aut verberet. Iniuria est, ut verberatio  
 postquam verberaueris dumtaxat. Eodem  
 modo iustum & Ius differunt, siue iusti a-  
 ctio. Nam ius magis est: ut iniuriæ dire-  
 ctio esse videatur. His ita distinctis, solua-  
 mus iam id, quod supra quaesivimus, fie-  
 ri ne possit, ut qui iniuste facit id est dam-  
 num infert, iniuriam non dicatur intulisse.  
 Sane si lubes fecit iniuriam fecisse videtur: si  
 ignorans nequaquam. Est. n. iniuria volun-  
 taria res, voluntarium autem, id est quod in  
 potestate facientis cernitur quodque a sciēte  
 fit per se & absque vi, ulla. Non tamen  
 omne quod sciens quis agit patiturue vo-  
 luntarium dicitur. Sentit. n. se vnusquisque et  
 senescentem & morientem. Quorum neutrum  
 est voluntarium, aut involuntarium. Tripliciter  
 ergo nocet quis alteri, aut ex ignorantia  
 estque hoc infortunium genus quoddam aut ex

aliqua affectione vehementi. Qualia sunt  
intemperantię iracundięq; peccata, aut ex  
electione. i. deliberatione. Horum hominũ  
genus improbum & iniustũ dicitur. Nam  
iracundię motus quia repente accidunt si-  
mulatque ab altero facta est læsio neq; ele-  
ctione neq; p̄meditatione videntur esse  
preparati, quapropter fatentur, quidem,  
Quod commiserunt iracundi: sed id se iu-  
ste fecisse suspicantur: quasi vim vi repu-  
lisse videantur. Qui vero p̄meditatam  
infert iniuriam. Negat plerumque factũ:  
quia cognoscit se iniuste egisse. Porro in-  
uoluntaria delicta: si ex ignorantia com-  
missimus: veniam merentur. Si ignoran-  
tes non merentur. Hoc ex superioribus  
liquet.

Sensus. iiij. Cap. ij. Tract. quod incipit,  
dubitabit autem utique facientem.

**E**st et ea non inutilis quęstio. Vtrum  
quis iniuriam pati voluntariã pos-  
sit. Nam poenas luere quod est iustũ pati  
sepissime contra voluntatem luentis est.  
Item illud quoque manifestum est posse  
cuenire:

evenire, vt is qui iniuste patitur, i. iacturam  
 facit iniuriam tñ passus nō videatur. Cōtin-  
 git. n. Iacturam facere etiā, qñ est nemo, qui  
 iniuriā inferat pati tñ nemo pōt, iniuriā nisi  
 adsit illator iniurię. Quamobrē quū etiam  
 illud intelligatur eū, qui vltro nocet alteri.  
 Ita demū nocere videri, si faciat contra eius  
 cui nocet voluntatē. Reliquum est vt existi-  
 memus neminē pati voluntarie iniuriā. Nā  
 qui pp amoris vim cupiditatemq; potiūdæ  
 voluptatis dilapidat opes suas, vltro quidē  
 sibi ipsi damnum infert, nullam tñ iniuriā  
 patitur. Quid nōne et illa pulcherrima est  
 q̄stio, vter plus delinquat is ne qui inequali-  
 ter distribuit, an is cui ē, ineq̄liter distributū.  
 Profecto qui sibi retinet cōmodi nimis mo-  
 destia, nomen assequitur: & qd' rei deest ho-  
 nor recōpensat. At qui pluribus cōmoda, di-  
 stributurus inequaliter. i. nō seruata p̄sona-  
 rū dignitate distribuit, in uitio est maiori.  
 Peccat. n. grauius qui causam dat peccandi  
 alteri q̄, qui occasione vtitur. Procul dubio  
 male is sentit qui facillimū putat esse: ius &  
 iniuriā facere. Quia ius & iniuriā facere ne-  
 mo nisi cū habitu pōt, habitus vero neq; si-  
 ne difficultate & lōga exercitatione cōpara-

E

ri. Præterea scire leges et iura nō est vti, Iustitia. Sed p̄cepta ad cās p̄ticulares accōmodat̄ ex omnibus itaq; patet ius et iniuriā ad eosdē ad quos cōmoda, & incōmoda p̄tinere.

Sensus primi. Cap. & vnici. iij. Tra. qui incipit de Epicchia vero. i. de æquitate.

**N**Vnc æquitas quæ sit definiamus. Ea est a particulari iustitia longe diuersa, fit. n. quandoq; vt laudemus id qd' de bono & equo iudicatū est: cōtra vituperemus si seuerius. i. per summum ius fuerit lata sententia. Quare continetur quidē sub naturali iure qd' æquū est, sed iure legitimo distat eo: q; æquitas statuit in ijs rebus: quæ a iure civili comprehensa non sunt, est enim natura rerum vsq; adeo varia: vt lex quæ vniuersaliter continere omnia nititur: nequeat tamen vniuersa complecti. Lex est parricidam capitis teneri. Tyrannum occidit qui spiam æquitatis est in ea re legem non sequi. Quare æquitas erit, Iustitiæ civilis directio, vnde qui esse æquus vult: debet, & clementia præditus esse, & ab omni seueritate Abhorre.

Senſus vltimi Cap. quod incipit vtrum  
autem contingit ſibi ipſi .

**R** Eſtat vt videamus, vtrū ſibi ipſi quis inferre poſſit iniuriam. Nō imī rū qui ſe ipſum interficit, iniuriam facit. Lex. n. prohibet oēm iniuriam, prohibere autem intelligitur lex, quando non iubet, facit inq̄ iniuriam, nō ſibi ſed patriæ, quę vno minuatur ciue. Quare vel de mortuo ſupplicium ſumitur, quōippe cuius cadauer iacere inhumatum ſit neceſſe. Qd̄ ſi contenderis facere ſibi iniuriā homines poſſe, fateberis duo contraria, eundem ſcilicet, & plus, & minus habiturū cōmodi. Habet. n. ex eo qd̄ facit plus: & ex eo q̄ patitur, minus, vt ſupra eſt declaratum. Item quemadmodum nemo cū vxore ſua adulter, nemo rei ſuę fur dicitur: Ita nemo ſibi ipſi facere dicitur iniuriam. Sane ſiue, Iniuriam inferas, ſiue patiaris, vtrunq̄ mala res eſt, quia equabilitate caret, & a mediocritate recedit. Deterius tamen eſt inferre quā pati, quia ſine Iniuſticia inferri nō poſteſt iniuria; Pati poſteſt ſine vitij vllius culpa. Quod ſi propter illatam iniuriam præter modum vlciſcare, euenire poſteſt, vt qui paſſus eſt iniuriam per accidens, grauius

E ii

crudeliusq; cōmittas. Dicit tñ solet Iniuria etiā ea q̄ quis sibi infert ipsi suę rei sed impprie, & p̄ traslationē. Deriuata est, aut̄ eanūcupatio propterea q̄ qui sibi suę rei, In iuriā facit diuersas quodāmodo p̄sonas gerere uideatur. Quia diuersę sunt partes, inter quas tota hęc nocēdi sibi ipsi ratio versa tur cōcupiscētia, namq; quę assidue pugnat cū ratione, si prosternauerit. Inferre uidetur iniuriam, nō sibi ipsi, sed alteri, id est, rationi quam vincit.

FINIS.

HERMOLAVS

Barbarus, P. Foscaro.

S. P. D.



ICERET Mihi, p̄sul sapientissime, in huius sexti cōpilatione lōgiuscula p̄fatione uti. Omnes. n. qui in Ethica Aristotelis, scripsisse inueniunt̄ (De Idoneis loquor) Quū sextū attigissent tanq̄ ingressi diuersā a prioribus libris disputationē plō gum aliquē p̄posuere, id qd̄ in cōterorū voluminū Initio minime fecissent. Hūc mo



rē vt de reliquis taceā vberimus & grauissimus, Auctor Eustratius obseruauit. Sed qm̄ tota hęc ratio proemij, adijciēdi ad proximitatē operis pertinet, videbor propositę initio breuitati cōsulere, si effecerone altissimę grauissimęq; cogitationes tuę longa oratione, & quidē Inutili detineant. Vale Paduę. X. Kalē. Maias. M. CCCCLXXV.

Epitome. vi. libri. Ethicorum.  
Sensus primi. Cap. primi. Tract. vi.  
libri foeliciter.

**D**Ixi de moralibus. Nunc de intellectualibus agēdū est etiā virtutibus. Nondum .n. perfecte moralis virtus: quę sit: cognoscitur. Quū verbū in eius positū diffinitione minime sit declaratum puta ratio diuidamus itaque rationē idest partem animi intellectuā in scientificum, idest in id quo necessaria vt sempiterna perspicimus & in ratiocinatiuū, idest in rationē quandā particularē quę cōtingētia & subiecta corruptioni cognoscimus. Ad virtutē autē moralē requiritur & rectū iudiciū ratiocinatione particule & recta inclinatio appetitus. Nā actiū humanorū qui in nostra sunt po

testate: efficiens principium est electio, quæ ad  
 virtutem constituendam necessaria est, electio  
 vero studiosa ex duobus his constat, ratione. sc.  
 recta & recto appetitu. Quo fit ut ratio &  
 appetitus cause sint humanarum actionum, &  
 virtus tunc consumata sit, quum recta & mens  
 id est ratio, & appetitus fuerit, & quum id cui  
 assenserit ratio, persequutus fuerit appetitus,  
 cui vero dissenserit, fugerit. Porro scientifi-  
 cae partis & ratiocinativæ absoluta est ve-  
 ritas, sed hoc differunt quam veritas absoluta  
 ad scientificam pertinet, ad ratiocinativam vero ne-  
 que absoluta sed ea, quæ recto appetitui consen-  
 tanea. Ex his licet animadvertere ad dua-  
 bus anime particulis rationem habentibus unam  
 esse quæ movet, puta illa particularem. Nam mens  
 & ratio contemplativa nihil movet. Electio er-  
 go cum constet ex principii ratione appetitui, aut  
 in intellectu existet aut in appetitu. Eligun-  
 tur autem non omnia ut ea quæ facta sunt. Quam  
 obrem agathon recte fertur dixisse, Deum  
 eius nullum, habere in præterita.

De scientia sensus. ii. Cap. pri. Trae. quod  
 incipit, Sunt utique.

**N**unc age videamus quæ nam et quot  
 sint partis totius intellectivæ ornamē

ra, est autē virtus omnis intellectualis ad cognitiōē veritatis accommodata. Hęc quinque sunt scientia, ars, prudentia, sapientia, intellectus. Scientia est earum rerum quę aliter atque sunt esse non possunt. Ea. n. se scire omnes homines arbitratur, quę minime valeant alio statu esse quā eo quo sunt. Quare quū contingentia alio esse statu possint quā eo quo sunt, nequaquā videtur ad scientiā, pertinere. Scientia autē omnis doceri, potest proficisci turque ex ante cognitis, omnia nancque aut inductione aut syllo cognoscemus, inductione tū principium est cognitionis. Nā volens propositiones, ex quibus ducitur syllo, inductione probari consueverunt. Est itaque scientia habitus demonstrandi, ex his quę notiora sunt nobis quā conclusionem. Alio qui, imperfecta scientia haberetur.

### DE ARTE.

Quum autē aliud sit fictio. Aliud actio, itē aliud quod fingi, aliud quod agi potest. Necessarium est diuersum esse habitū: qui fictionē rerū fabricationemque gubernat, ab eo quod actioni preest. Sane videmus eū qui fictioni seruit nihil aliud esse quā artē: Est ergo ars habitus fingendi cū ratione. In constitutione autē

E iiii

operis artificiarīi et cogitatiōe & fabricatiōe  
opus est, p̄tinetque ars ad eas res dūtaxat, q̄  
cōtingētes sūt queq; principiū intra se nō ha  
bent affectuū sed extrinsecus ab artifice agi  
tāt. Inertia cōtrarius habitus ē falsa rōne fin  
gēdi.

## DE PRVDENTIA.

Est prudētia circa eadē qd̄ sed q̄ neq; fin  
gi possunt neq; fabricari: sed agi: idest circa  
eas actiones: q̄ p̄manēt in agente: vt intelli  
gēret velle, app̄etere. Is autē prudēs & est et  
habetur: q̄ maxime p̄spicit & consulit: quid  
in re quaque vtilissimū expeditissimūq; ad  
honestam totius vitæ traductionē. Est er  
gō prudentia habitus cū rōne agēdi ea: quę  
homini bona vel mala sunt. Nā ars non cir  
ca hominis bona versat: sed circa operis sui  
p̄fectionē quo tantū in finē tendit. fictionis  
n. finis est non fictio ipsa sed res fingenda.  
Actionis vero finis est actio. Et gr̄ce tēpe  
rantia <sup>in corpore</sup> dicitur: q̄si prudentiæ conser  
uatrix: quia n̄ q̄ laborant intēperātia id asse  
quūtur, vt bonorū & malorū fines ignorēt:  
Quibus ignoratis necesse, ē ignorare prin  
cipia actionum. Est. n. finis in vna quaque  
actiōe principiū differre autē ab arte prudē  
tia q̄a rectē vtī arte sine uirtute morali non

possumus, prudētia possumus. Itē qui spon-  
te peccat in arte minus peccat q̄ qui ex im-  
peritia. Qui vero prudētia partē deserit vl-  
tro gratius erat q̄ qui ex ignorātia: Quod  
et in uirtutibus moralibus cernitur, Demū  
prudētia, & rationē & appetitum ample-  
ctitur, cæteræ intellectuales nō amplectun-  
tur. Quia reliquorū habitūū quī intellecti-  
ua parte sunt obliuisci possumus, pruden-  
tię non possumus.

### DE INTELLECTU.

Intellectus autem est habitus principiorū  
ex quibus cōclusiones & argumēta ducuntur.  
Nā ad scientiā illa nō p̄tinent quū demon-  
strari nō possint ad artē neq; prudentiam.  
Quū necessaria sint nō ad sapiētiā quū ea-  
dem non possint in conclusionem.

### DE SAPIENTIA.

Sapiētes uero solemus etiā p̄fectos scitif-  
simosq; artifices appellare: phidiā polidetū.  
Vere is sapiens dicitur, qui rerū simpliciter  
omniū, quę sciri possunt consumatissimā co-  
gnitionē est assequutus. Quia sapiētia sciē-  
tiā: & intellectū amplectetur eritq; inter re-  
liquas disciplinas honoratissima existimā-  
da: Idcirco prudentiam quoq; sapiētia lōge

infirmiore[m] putamus . Illa e[st] de hominis  
 cōmodis atq[ue] Incōmodis, hęc de diuinis al-  
 tissimisq[ue] rebus contemplatur . Perpetua  
 atq[ue] eadem sunt sapientię quę sunt subiecta  
 diuersa & varia quę ad prudentiã pertinen-  
 tur : Diuersis siquidem hominibus diuersa  
 sunt cōmoda . Quare fieri pōt, vt q[ui] sapiens  
 est prudētia tñ careat : Quo in numero fue-  
 rūt Thales, Anaxagorasq[ue] philosophi . Nā  
 quomodo p[ro] deum esse prudentes : potuerūt  
 si sua cōmoda aut nō uiderunt aut p[ro] sum-  
 mā negligentia dissipauerūt . Prudens itaq[ue]  
 is uidetur habendus esse q[ui] nō solū uniuersa  
 lia nouit sed et particularia cōmoda q[ui] sint  
 cognoscit et consilio et solertia pōt adipisci :  
 q[ui]re euenit, ut mathematici q[ui]dā euadāt cele-  
 rius adolēcentes q[ui] prudentes prudētia, nā  
 que circa singulares versant[ur] actiōes . Qua-  
 rū mag[is] est experientia, expertus autē esse  
 non potest adolēscens facilius item mathe-  
 maticas imbibunt q[ui] methaphisicas aut na-  
 turales disciplinas . Naturalium siquidem re-  
 rū principia experientia cognoscuntur Me-  
 thaphisica uero tāquā incredibilia excedūt  
 puerilē capacitatē . Sed prudentia illa civilis  
 & maxime principalis, q[ui] hominē ad totius

reip. vtilitatē accōmodat aut ponendis legibus laborat aut exequēda ea: quę iubet lex. Est autem triplex prudentia: prima ea quę nūc est enumerata altera, quę non cōmunē vtilitatē sed prinatā inuestigat. Tertia quę domesticę rei prospicit, falso nimirū nōnulli prudentiā ciuilē ad curiosos negotiososq; p̄tinere arbitrati sunt, quasi constare ciuilis prudentia siue priuata, & domestica recte possit. Nemo. n. ciuitati consulit recte nisi scierit prius sibi & rebus suis cōsulere.

### DE E V B V L I A.

Habet autē vnāquęq; prudētia. Et recte cōsulendi & iudicandi virtutē annexā. Bñ cōsulendi habitus gręce dicit̄ eubulia ea nō est scientia. Nam qñ dicimus minime quęrimus. Quęrit̄imus qñ cōsulimus. Non opinio est enim aliquid cui assentit̄ is, qui opinatur. Nihil est cui assentiaris, qui adhuc est in cōsulendo: nō solertia. Solertis si quidem est q̄ causam in una quaq; re possunt celerimē & absq; mora persp̄icere. Rectum cōsiliū carere debet omni properatione. Bene consulit itaq; is qui tēpus & diligētia adhibet cogitationi quique ad honestum aliquē finem potest & scit victis rationibus perue-

nire: finis antē ad hanc virtutem idem qui & ad prudentiam pertinet Totam videlicet spectans humanę vitę vtilitatem.

### DE SAGACITATE.

Sagacitas itē cui opposita est ruditas siue hebetudo, neque scientia est qa si p singulas discurratur artes neq̄ Geometria neq̄ arithmetica neq̄ naturalis esse reperietur. Neq̄ rursus opinio alioq̄ sagaces essemus oēs: quū nemo sit qui nō aliquid opinetur. Est autē prudentiæ quā simillima circa eadē. n. versantur ambę sed p̄cipit prudētia fieri ea q̄ sagaciter iudicata sunt. Inuenit. n. cōsulendo Eubulia iudicat sagacitas, Impat prudentia, qđ recte iudicatū est referri ad actionē.

### DE GNOME.

EST & alius recte iudicādi habitus Gręci gnomen appellant: Is a sagacitate in eo differt: qa sagacitas super hūis rebus iudicat quę p̄tinere ad ius ciuile intelliguntur Gnome de iis sententiam fert: quę ad æquitatem spectare cōperta sunt. Porro habitus hi usq̄ adeo sunt inter se copulati: vt qui sagax est, solers prudensque esse v̄ideatur, circa singulares. n. actiones hābitus huiuscemodi versantur, vnde qa sensus particularia perspicit



suapte natura habitus hi qui circa particularia exercentur: Naturaliter inesse quoddammodo iudicatur. Idcirco videmus senes plurimum ualere prudentia quasi aetas illa sua natura attingat prudentiam. Quamobrem malo seni sine ulla ratione asserenti credere, quam ipsi rationi.

### QVAESTIO CAP. VLT.

**Q**ueres fortasse quid conferant prudentia & sapientia ad felicitatem. Sapientia quidem nihil habet actionis prudentia quoque quae ea intelligit que prodesse homini possunt in vita videtur tamen nonnullis simillima esse, medicinae cuius quis artem assequutus potest etiam ab officio medicandi esse alienus. Qui si dixerit quispiam regni prudentiam solum antequam comparata sit uirtus: parta. n. uirtus satis est ex se ipsa ad actiones & foelicitatem: Non propterea soluit id quod sequutum est uidelicet necque tum quidem quam uirtute uolumus assequi necessariam esse prudentiam. Satis. n. erit si alterius prudentiam imitatus, non suam seseque ad uirtutem accommodet. Nam & qui sanitatem adipisci studet non discunt continuo medendi scientiam: sed scientiam habenti et impanti medico obsequuntur. Sed soluamus questionem hoc modo.

### SOLVTIO.

Sapientia atque prudentia quia animi  
ornamēta sunt : etiā si nihil ad foelicitatem  
cōferāt p se tñ expetendę videntur. Alioqui  
et cōferunt plurimū vt.n.intolumen et sani  
ras reddit ita facit sapientia beatū. Prudētia  
vero nōne actionem virtutis exornat ? uir-  
tus.n.finem ppositum quia studiosus & ho-  
nestus est appetit, prudētia p quæ ad finem  
illum pueniam ostendit : Præterea uirtutis  
actio electione pficitur: Electio siue pruden-  
tia non cōsistit . Est aut industria naturalis  
vis quædā prudentię q̄ simillima: Qua fa-  
cillime uerissimeque rationes ad finem per-  
ducentes inuestigamus . Ea si finis malus  
est astutia dicitur.

### Q V A E S T I O .

Prudentia sine virtute morali non con-  
stat. Discurret.n.p.ratiōes: Discursus omnis  
fit rectissime syllogismo similis duci non po-  
test ignorato principio . Principium actio-  
nis est finis, de fine sentiri recte non potest  
ab eo qui virtute caret.

### Q V A E S T I O .

Eodē modo sine prudētia virtus nulla  
existit . Sed scire licet virtutes inesse nobis  
quasdam naturales ita vt aliq̄ ad æquitatem

alii ad temperantiam, alii ad virtutes quiscumque proprias natura propensior es esse videantur: virtus autem moralis, id est, quæ non natura sed exercitatione comparatur ratione adhibet. Ratio vero quid aliud esse potest quam prudentia. Quo fit ut Socrates non profus errauerit, qui virtutes omnes prudentias scientiasque appellabat.

### QVAESTIO.

Hinc sequitur neminem posse vna sine reliquis virtute prestare. Eius rei ratio est, quia quam virtus omnis prudentiam ferat annexam. Prudentia vero virtutes omnes amplectatur sequens est ut virtus vna virtutes cæteras comprehendat.

### QVAESTIO.

Videri autem nonnullis potest prudentia sapientiae dignitatem excedere. Quia et qui ad sapientiam instituantur iubentur & preterea ea omnia statuunt: quæ ad reipublicæ ornamentum disciplinamque possunt pertinere. Non autem propterea sapientiae precipit: sed sicut sanitas prestatior, est medicina, quam medicina est causa sanitatis: Ita sapientia superior est quam prudentia. Quia sapientia potioris partis, est virtus quam sit prudentia.

FINIS.